Significamus &c: Quod coram Nobis Actisq. præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Jus Leo Nowakowski sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione quibuscunq. propriis, huic autem Nostræ Regiæ Jurisdictioni quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, benevole, ac per expressum recognovit, præsentibusque recognovit. Quia Ipse vigore Specialis Plenipotentiæ sub Die Vigesima Quinta Mensis Aprilis Anno currenti in Oppido Brzyuto Podgornie per Gum Michaelem Mitkowski et Josephum de Letowskie Gorum Alexandri Letowski Dapiferi Cracoviensis et Annæ de Lubienskie Conjugum Filium, olim vero Gorum Casimiri Lubieński Capitanei Lelovien. et Hedvigis de Szembeki Neptem, jam ante Gnæ

Barba=

Barbarae de Winklery ultimo Radojowska Bonorum Pielaszkow cum attinentiis Hereditse Promptam Congeſ, more Gallicienſi in Perſonam sui exaratae, ad Actaq: Curiae Regiae Varsaviens Die 29. Maji Anni currentis per Oblatam parrectae, de Provisionibus à Summa 22625. Flor. Pol: Contractu Resignatorio ratione Bonorum Swięcice et Pielaszkow ac aliorum inter Nobilem Andream Ogińſki Palatinum Trocen Venditorem, atque Nobilem Jacobum de Pernet Colonellum in Exercitu Mi Dni Litte Emptorem Die 6. Mensis Augusti, Anno 1784. celebrato, circa Bona eadem pro Parte Exae Sophiae de Lelowskie protunc Virginis, adpraesens vero Nobilis Mitkowski Consortis relictae, pariter mediante Contractu empti et venditi inter Nobilem Jacobum de Pernet Colonellum in Exercitu Mi Dni Litte ex una, et Nobilem Philippum Antonium Campioni Civem Cracovien parte ex altera Die 22. Mensis Aprilis, Ao currenti ratione eorundem Bonorum inito, Actisq: praesens sub Die 23. Mensis et Anni eorum roborato, per mortem Nobilis Actisq: praesentium Quondam Nobilem Campioni consumpta, à Festo Sti Joannis Baptistae, videlicet ad Diem 24. Junii 1784. ad Diem similem venturam Anni currentis 1788. per 5. à Centum numeratis, Summam Flor. 4524. Groſ. 12. Pol: officiens, sibi Recognoscenti realiter et integre exolutis, memoratum Nobilem Philippum Antonium Campioni illiusq: Succeſſores quietat, libera emittit, absolutosq: facit ac pronuntiat. Hac sua recognitione ad praemiſſa mediante. Pro firmiori vero Recognoscens manu propria se subscripsit.

Leo Nowalowski
qua Spes Dns.

Quam giusmodi Quietationem &c: Actum ut supra, &c:

Actum Varsaviae Die Nona Mensis Junii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Octavo. Regni vero Vigesimo Quarto.

Ad Relationem Illustris et Rndmi Dni Michaelis Gregorii Poray in Cadow Parroch Episcopi Petroviensis Abbatis Commendatarii Landensis Pro Cancellarii Regni

Roborat Scriptum F. Niedziałkowski super Summam Flor 10000 Pol Sto Zaborowski datum

Stanislaus Augustus

Significat Quod coram Actis praesentibus Matricis Regni

gni Cancellariæ Nostræ Majoris, personaliter comparens Ejus Josephus Niedziałkowski sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione suis quibuscunque propriis, huic autem Nostræ Regiæ Jurisdictioni quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, benevole, ac per expressum recognovit, præsentibusque recognovit. Quia Ipse Scriptum suum seu Manuale Obligationem super Summam Decem Millium Florenorum Polonicalium hic Varsaviæ sub Die Decima Mensis Augusti, Anno præterito 1787. Jo Valentino Zaborowski Colonello Cavaleriæ Nationalis Regni datam, in Papyro à Thesauro Regni in Quota Sex Florenorum Polonicalium signata, scriptam, manu sui Recognoscentis subscriptam, in omnibus et singulis punctis, clausulis, nexibus et ligamentis approbat, roborat, et ratificat, eidemque Scripto seu Manuali Obligationi stare, parere, et in omnibus satisfacere, de et super Bonis suis generaliter omnibus nunc habitis et in posterum habendis, inscribit, obligat, et assecurat. Casu vero memorato Scripto contraventionis, Forum ad respondendum sibi suisq; Successoribus Judiciorum Commissionis Thesaurari Regi, aut alterius cujuslibet competentis assignat et procuratoris. Hac sua recognitione ad premissa mediante. Pro firmiori vero manu sua se subscripsit. – Josephus Niedziałkowski m.p.

Quam ejusmodi Inscriptionem Roborationem &c: Actum ut supra &c:

Actum Varsaviæ die Decima Octava Mensis Junii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Octavo Regni vero Vigesimo Quarto.

N.C. Ad Relationem prout supra

Dilectat S. Mikorski de Summa Flor. 12310 Gr. 15 Den.

Grata Wielopolskie Conjuges.

Stanislaus Augustus &c:

Significamus &c: Quod coram Nobis Actisq. præsentibus Metri-

cer

ces Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens
Grus Josephus Mikorski Succamerarius Gostinensis, sanus mente et
corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictio=
nes suis quibuscuvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nrae Regiæ
quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se subjiciendo et in=
corporando, palam, benevolè, ac per expressum recognovit, præsen=
tiburq. recognovit. Quia Ipse jam exnunc et defacto Grus Fran=
ciscum de Wielopolskie Myszkowski Marchionem Pinczovien=
sem et Elisabetham de Bielińskie Conjuges Parentes, nec non
Grum Josephum Joannem Nepomucenum Comitem Wielopolski
Filium, de Summa 12319. Flor. Grsf. 15. Pold: Scripto Manuali —
Varsaviæ Die 30. Novembris Anno proterito 1787. per Grum
Michaelem Sroczyński Regentem Cartrensem Novokorcen.
Eorundem Specialem Plenipotentem dato, Actisq. præsenti=
bus Die et Anno iisdem roborato, sibi Recognoscenti assecurata,
rolvitq. pro Die 24. Mensis et Anni præsentium spoponsa, ob re=
dem ejusdem Summæ in Actu Diei hodiernæ exolutionem, ple=
nariamq. satisfactionem, quietat, absolvit, et liberos militt perpetuo
et in æuum, Scriptumq. recensitum cum ejus roboratione cassat
et annihilat. Hæc sua personali recognitione ad præmissa me=
diante. Pro firmiori vero, manu propria se subscripsit.

Josephus Nikorski S.S.

Quam ejusmodi Quietationem &c: Actum ut supra &c:

Actum Varsaviæ Die Quartâ Mensis Julii Anno
Domini Millesimo Septingentesimo Octuag esimo
Octavo Regni vero Vigesimo Quarto

Ad Relationem prout supra
Celit Nblis Wernicki nomine Dñi Gorski de Summa
370 Alt

370 Aurorę Hung. in Personam Dñi Drozdowski.

№ Stanislaus Augustus

Significamus &c: Quod coram Nobis Actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Nobilis Franciscus Wernicki uti et tanquam Gri Matthæi Gorski coram Actis Advocatialibus et Scabinalibus Civitatis Antiquæ Varsaviæ sub Die Vigesima Prima Mensis Augusti Anno Domini 1786. inscriptus Plenipotentiæ existens, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, et Jurisdictione suis quibusvis propriis, huic autem Nostræ Regiæ Jurisdictioni quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, benevolè, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognovit. Quia Ipse inhærendo supra scriptæ Plenipotentiæ, jam exnunc et de facto Gro Hyacintho Drozdowski Locumtenenti in Exercitu Regni ejusq; Successoribus de Summa 370. Aureorum Hung. ad Scriptum Manuale sub Die 16. Mensis Julii Anno proteriti 1787. per Gum Georgium Wielhorski Notarium Campestrem Mi Dñus Littæ prædicto Gro Matthæo Gorski datum, Actisq; præsentibus Die 17. Mensis et Anni eorundem roboratum debita, et ab eodem provenienti, ob præstitam plenariam et sufficientem satisfactionem, realemq; dictæ Summæ 370. Aureorum Hung. exolutionem, cum Scripti ejusdem memoratam Summam in se complectentis traditione, nomine memorati Gri Matthæi Gorski cedit et condescendit, omneq; Jus ad prædictam Summam serviens, in Personam recensiti Gri Hyacinthi Drozdowski ac ejus Successorum, citra tamen quamvis evictionem transfert et transfundit. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Pro firmiori vero nesciens scribere, Signis Sanctæ Crucis se subscripsit.

Signa Sanctæ Crucis Nobilis Francisci Wernicki scribere nescientis, propria ejus manu exarata. + + +

Quam ejusmodi Cessionem &c: Actum ut supra &c:

Actum

Translatt ex Protocollo Inscri-
ptt et Quiett de Pretio et susceptt
in Papyro à Thesauro Regni in
Quota Unius Flor Polonj signata:
Nro 54.

Actum Varsaviæ Die Vigesima —
Quinta Mensis Julii, Anno Domi-
ni Millesimo Septingentesimo Octu-
agesimo Octavo. Regni vero Vigesi-
mo Quarto.

Ad Relationem prout supra &c:

Inscribit Nobis Schultz Annuæ Pensionis 600. Flor. Polonj. —
Rgro de la Stock Ordinis Theatinorum.

Stanislaus Augustus &c:

Significamus &c: Quod coram Nobis Actisq. præsentibus Me-
trices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens
Nobis Carolus Schultz Civis Mercator Varsaviensis, sanus men-
te et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus et
Jurisdictione suis quibuscunq. propriis, huic autem Nostræ Regiæ
Jurisdictioni quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se —
subjiciendo et incorporando, palam, benevolè, ac per expressum
recognovit, præsentibusq. recognoscit. Quia Ipse Rgro Julio —
Mariæ Janson de la Stock Ordinis Theatinorum, Summam
Florenor Sexcentor Polonicalium in vim Tituli Canonici ac Pa-
trimonii ad mentem et Præscriptum Dispensationis Sanctæ
Sedis Apostolicæ sub Datum Romæ Die Sexta Mensis Ju-
nii Anno currenti favore dicti Rgri Julii Mariæ Janson de
la Stock emanatæ, usque ad assecutionem Beneficii Ecclesia-
stici inscribit, eandemq. Summam quotannis soluturum et re-
aliter enumeraturum de et super Bonis suis solenniter se obli-
gat et assecurat. In forma alias Inscriptionis Obligatoriæ de

Jure

Iure quam plenissima et perfectissima. Quam Recognoscens majoris roboris gratia, manu propria subscripsit. = Carolus Schultz = Quam ejusmodi Inscriptionem sic ut præmissum factam et recognitam, Nos firmam ac de Iure validam haberi volentes &c: Actum ut supra &c:

Actum Varsaviæ Die Decima Nona Mensis Augusti Anno Domini Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Octavo Regni vero Vigesimo Quarto.

Vt Ad Palatium Et ut supra

Cedit A. R. Wodzynski Episcopus Smolensk de Summa 6000 florenorum Hung. Ita Mariamne Wodzynska.

Stanislaus Augustus Rex.

Significamus &c: Quod cum ad Supplicationem Adm Rndi in Christo Patris Gabrielis Wodzinski Episcopi Smolenscensis ob ægram valetudinem Acta publica adire non valentis, per certos Consiliarios Nostros ad Nos factam, mediante Rescripto Nostro sub Die hodierna in Actu contenta ex Cancellaria Minori Regni emanato, Manu Nostra Regia subscripto, idq; inhærendo Statuto ac Legibus Regni Ejusq; Cypriani Sowinski Actorum Metrices Regni Cancellariæ Majoris Præfectum pro recipienda ab Ipso in Palatio suo hæreditario hic Varsaviæ in Platea Franciszkańska vocitata sito decumbente, infrascripta Recognitione cum Actis deputaßemus, Et idem Ejus Metrices Regni Præfectus Deputatus, functus Officio suo, ac ad Nos rediens, palam, publiceq; retulit, qualiter Die hodierna in Actu contenta, coram se Metrices Cancellariæ Majoris Præfecto deputato, et Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris, personaliter comparens prænominatus Adm Rndus in Christo Pater Gabriel Wodzinski Epi-

scopus

scopus Smolenscensis, licet corpore debilis et in lecto agritudinis decumbens, sana tamen mentis existens, palam, benevole, ac per expressum recognovit, presentibusq; recognoscit. Quia Ipse jam exnunc et desa-
cto Gre Marianne Wodzinska Ignatii Adami Wodzinski Senatoris Districtus Ortoviensis et olim Catharine de Zawisze Conjugum Parentum Filiæ, de Summa Sex Millium Aureorum Hungaricalium per Mficam Barbaram Principem Sanguszkowa Sapiemam Mi Dnus Lithe Marschalcam sibi Recognoscenti ad Scriptum Manuale sub Die Vigesima Secunda Mensis Decembris Anno proxi-
to 1787. emanatum, Actis Castrensibus Varsaviensibus Die et Anno iisdem, jam vero Sochaczewiensibus Die Decima Quarta Mensis Februarii Anno currenti oblatuatum, debita, et ab eadem provenienti, ob præstitam plenariam et sufficientem satisfactionem, realemq; dictæ Summæ Sex Millium Aureorum Hungaricalium sibi Recognoscenti exolutionem, cum Scripti ejusdem memoratam Summam in se complectentis traditione, cedit ac condescendit, omneq; Jus suum ad prædictam Summam habitum, in Personam recensite Gre Marianne Wodzinska transfert ac transfundit. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Pro firmiori vero Recognoscens manu propria se subscripsit.

Fabrid Wodzinski Episcopus Smoleriscensis mpp

Quam ejusmodi Ignii Metrices Cancellariæ Majoris Regni Prefecti Relationem et prefatam Cessionem modo præmisso factam et recognitam, Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes, eandem ad Acta hæc Metrices suscipi, inseri, &c: In quorum fidem &c: Actum ut supra &c:

Sub eodem Acto

Cedit A. R. Wodzynski Episc Smolensk de Summa 6000 Aur Hung Gre Cunegundi Wodzynska

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c: Quod cum ad Supplicationem Adm Rndi in Christo Patris Gabrielis Wodzińskí Episcopi Smolenscensis ob egram valetudinem Acta publica adire non valentis per certos Consiliarios Nostros ad Nos factam, mediante Rescripto Nostro sub Die hodierna in Actu contenta ex Cancellaria Minori Regni emanato, manu Nostra Regia subscripto, idq. inhærendo Statuto ac Legibus Regni Ejus Cyprianum Sowinski — Actorum Metrices Regni Cancellariæ Majoris Præfectum pro recipiendo ab Ipso in Palatio suo hæreditario hic Varsaviæ in Platea Franciszkańska vocitata sito, decumbente, infrascripta recognitione cum Actis deputaßemus, Is idem Ejus Metrices Regni Præfectus Deputatus functus Officio suo, ac ad Nos rediens, palam publiceque retulit, qualiter — Die hodierna in Actu contenta, coram se Metrices Cancellariæ Majoris Præfecto Deputato, et Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens præmemoratus Adm Rndus in Christo Pater Gabriel Wodzińskí Episcopus Smolenscensis, licet corpore debilis et in lecto ægritudinis decumbens sana tamen mentis existens, palam, benevole, ac per expressum recognovit, præsentibusq. recognoscit. Quia Ipse jam exnunc et defacto Nurus Cunegundi Wodzińska Generosorum Adami Wodzińskí Venatoris Districtus Ostrovien sis et olim Catharinæ de Zawisze Conjugum Parentum Filiæ, de Summa Sex Millium Aureorum Hungaricalium sibi Recognoscenti per Ejus Casimirum Comitem Lasinski Supremum Castrorum Regni Metatorem, vigore Inscriptionis coram Actis Castrensibus Varsavien sibus sub Die Decima Quarta Mensis Junii, Anno 1786. recognitæ, debita, et ab eodem provenienti, ob præstitam plenariam et sufficientem satisfactionem, realemq. dictæ Summæ Sex Millium Aurz. Hung. sibi Recognoscenti

scenti exolutionem, cedit et condescendit, omneq. Jus suum ad pre-
missam Summam habitum, in Personam recensita Gris Comitis-
dis Wodzinska plene transfert ac transfundit. Hac sua personali
recognitione ad premissa mediante. Pro firmiori vero Recogno-
scens manu propria se subscripsit.

Fabriel Wodzinski Episcopus Smolenscensis mpp

Quam ejusmodi Gii Metrices Cancellariæ Majoris Regni Præse-
di Relationem et prefatam Cessionem sic ut premissum fa-
dam et recognitam, Nos firmam ac de Jure validam haberi vo-
lentes, eandem ad Acta hac Metrices suscipi, inseri &c: In quo-
rum fidem &c: Actum ut supra &c:

Sub eodem Actu

Cedit AR Wodzynski Epus Smolenscens de Summa 210000 Flr
Pol. Gii Wodzynskim Fratribus.

Stanislaus Augustus R

Significamus &c: Quod cum ad Supplicationem Admo-
Rndi in Christo Patris Gabrielis Wodzinski Episcopi Smo-
lenscensis ob agram valetudinem Acta publica adire non va-
lentis, per certos Consiliarios Nostros ad Nos factam, mediante Re-
scripto Nostro sub Die hodierna in Acta content ex Cancellaria
Minori Regni emanato, manu Nostra Regia subscripto, idq. inhe-
rendo Statuto ac Legibus Regni, Cum Cyprianum Sowinski
Actorum Metrices Regni Cancellariæ Majoris Præfectum pro
recipienda ab Ipso in Palatio suo hereditario hic Varsaviæ in
Platea Franciszkańska vocitata sito, decumbente, in scripta
Recognitione cum Actis deputasemus, Et idem Gius Metrices

Regni

Regni Præfectus Deputatus, functus Officio suo, ac ad Nos rediens, pa=
lam, publicèq; retulit, qualiter Die hodierna in Acta contenta, coram
se Metrices Cancellariæ Majoris Præfecto Deputato, et Actis præsen=
tibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris, personàliter compa=
rens prænominatus Adam Andreas in Christo Pater Gabriel Wodzinski
Episcopus Smolenscensis, licet corpore debilis et in lecto ægritudinis de=
cumbens, tamen mentis existens, palam, benevole, ac per expres=
sum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse jam exnunc et
de facto Gnis Gabrieli et Joanni Nepomuceno Wodzinskim Fratribus,
Gnium Adami Wodzinski Venatoris Districtus Ortoviensis et Ca=
tharinæ de Zawisze Conjugum Parentum Filiis, de Summa Decem=
torum Decem Millium Florenorum Polonicalium ex Pensione vigore
Constitutionis Anni 1776. favore sui Recognoscentis emanata, pro An=
nis præteritis usque ad Annum præsentem retenta, coagulata, à The=
saurq. Magni Ducatus Lithuaniæ sibi debita, ob præstitam plenari=
am et sufficientem satisfactionem, realemq; dictæ Summæ sibi Reco=
gnoscenti exolutionem, cedit ac condescendit, omneq; Jus suum ad
præmissam Summam habitum in Personas recensitorum Gnium
Gabrielis et Joannis Nepomuceni Wodzinskich Fratrum plene transfert
ac transfundit. Hac sua personali Recognitione ad præmissa media=
ante. Pro firmiori vero Recognoscens manu propria se subscripsit.

Gabriel Wodzinski Episcopus Smolenscensis mpa

Quam ejusmodi Gnii Metrices Cancellariæ Majoris Regni Præfe=
cti Relationem, et præfatam Cessionem modo præmisso factam et
recognitam, Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes, eam=
dem ad Acta hæc Metrices suscipi, inseri et ex illis rescriptam Par=
ti requirenti authentice extradi jussimus. In quorum fidem &c. Actum
ut supra &c:

Sub

Sub eodem Actu
ad Relationem prout Supra

Roborat Literas Reversales J. Wodzynski A. R. Wodzynski Episcopi Smolen. datas.

Stanislaus Augustus

Significamus &c: Quod coram Nobis Actisq; praesentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Gus Adamus Wodzinski Venator Ortovienzis sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione suis quibuscunq; propriis, huic autem Nostrae Regiae Jurisdictioni quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, benevole, ac per expressum recognovit, praesentibusque recognoscit. Quia Ipse certas Literas Reversales Adm Rndo in Christo Patri Gabrieli Wodzinski Episcopo Smolenscensi sub Die hodierna in Actu contenta datas, in Papyro à Thesauro Regni in Quota Unius Grossi Argentei signata scriptas, manu sui Recognoscentis subscriptas, in omnibus et singulis punctis — clausulis, nexibus et ligamentis, approbat, roborat et ratificat, eisdemq; stare, parere et in omnibus satisfacere, se inscribit, obligat et assecurat. Casu vero contraventionis, Forum competens ad respondendum sibi assignat ac procustodit. Hac sua personali Recognitione ad praemissa mediante. Alias in forma Roborationis de Jure plenissima ac perfectissima. Pro firmiori vero Recognoscens Manu sua propria se subscripsit.

Adamus Wodzinski Venator Ortovienzis m.p.

Quam ejusmodi Roborationem &c: Actum ut supra &c:

. Actum Varsaviae Die Sexta Mensis Septembris Anno Domini Millesimo Septingentesimo Octavo Regni vero Vigesimo Quarto

ad Relationem.

Transcripta ex Protocollo Inscriptt. et Quietc. delatô et Inscriptt. in Papyro à Thesauro Regni in quota 48. signata fl.ni 55.

Extract ad Relationem Illmi & ut supra

Inscribit Gro Dzierzbicki Summam 6000 Flr Pol Gro Annæ Swiniarska futuræ Ludi Consorti.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &. Quod coram Nobis Actisq. præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Gro Ignatius Dzierzbicki Palatinida Lanciciensis, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione suis quibusvis propriis, huic autem Nostræ Regiæ Jurisdictioni, quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se suis cum Successoribus, Bonisq. suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, palam, benevole, ac per expressum recognovit, præsentibusq. recognoscit. Quia Ipse inhærendo Intercisæ Antenuptiali inter se Recognoscentem ex una, et Gro Michaelem Swiniarski Secretarium Nostrum ac Mariannam de Rzecznicki Conjuges Parte ex altera, sub Die Quarta Mensis et Anni currentium factæ, Actisq. præsentibus sub Die hodierna in Actu contenta mutuo et abinvicem roborate, Summam Sexaginta Millium Florenorum Polonicalium Grosch Annæ de Swiniarskie futuræ Consortis suæ, modo certi, veri, realis, simplicisq. Debiti, in et super Bonis suis generaliter omnibus, Summisq. quibusvis Pecuniariis, nunc habilis, et in posterum habendis, et specialiter super Bonis Dzierzązna et Sawonka in Palatinatu Lanciciensi, Districtu vero Orłoviensi, nec non Ustanowek in Palatinatu Mazovia, Terra autem Varsaviensi sitis et consistentibus, à quibuscunque Debitis liberis, inscribit, assecurat ac hypothecat, eademq. Bona sua inonerat. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Aliàs in forma Inscriptionis de Jure quam plenissima et perfectissima. Pro firmiori vero

supra-

suprascriptus Recognoscens manu propria se subscripsit. = Ignatius Dzierz=
bicki mp. = Quam ejusmodi Inscriptionem sic ut praemissum factam=
et recognitam, Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes, eam=
dem ad Acta hac Metrices suscipi, inseri, et ex illis rescriptam &c: In
quorum fidem &c: Actum ut supra &c:

Actum Varsaviae Die Undecima Mensis
Septembris Anno Domini Millesimo Septin=
gentesimo Octuagesimo Octavo Regni vero
Vigesimo Quinto
Ad Relationem mouis Supra &

Vb Quietat Pus Dzierzbicki de Summa 65000 Flor Pol.
S. Swiniarski.
Stanislaus Augustus &

Significamus &. Quod coram Nobis Actisq; praesentibus Metrices
Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Gus
Ignatius Dzierzbicki Palatinida Lanciciensis, sanus mente et
corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdi=
ctione suis quibuscuis propriis, huic autem Nostre Regie quo ad
infra tantum recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporan=
do, palam, benevole, ac per expressum recognovit, praesentibusq; re=
cognoscit. Quia Spe jam exnunc et defacto Gum Michaelem Swi=
niarski Secretarium Nostrum, Ejusq; Successores tam de Summa
Dotali 50000. Flor. Pol: Intercisa Antenuptiali inter se Reco=
gnoscentem ex una, et dictum Gum Swiniarski Parte ex altera
Die Quarta Mensis et Anni currentium confecta, Actisq; prae=
sentibus Die Sexta Mensis et Anni pariter eorundem roborata,

sibi

sibi assignata, per memoratum vero Gum Swiniarski Secretarium Nostrũ in deportationem Debiti per Mcum olim Simonem Drzewzbicki Lata= tinum Lanicicensem Parentem suum contracti, nunc vero ad se Reco= gnoscentem devoluti, Hrto Friderico Labrit Cambiatori Varsaviensi realiter et integre exoluta, tum altera 15000. itidem Flor. Pol: in Expe= ditione Muliebri à recensito Gro Swiniarski percepta, juncti̇m de Summa 65000. Flor. Pol: modo quo supra pacificata ac sibi Recognoscenti per= soluta, quietat, liberos emittit, absolutoq; in perpetuum facit ac pronun= tiat. Hac sua personali Recognitione ad promissa mediante. Alias — in forma Quietationis de Jure quam plenissima et perfectissima. Pro firmiori vero suprascriptus Recognoscens manu propria se sub= scripsit.

Ignacius Drzewzbicki.

Quam ejusmodi Quietationem &c: Actum ut supra &c:

Sub eodem Actu

Vt. Ad Relationem prout supra

Quietat Artus Labrit Gum Drzewzbicki de Sum= ma 50960 Flor Pol.

Stanislaus Augustus

Signific amus. Quod coram Nobis Actuq; praesentibus Metrices Regni Cancellaria Nostrae Majoris personaliter comparens Hrtus — Fridericus Labrit sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, — Terris, et Jurisdictione suis quibuscunq; propriis, huic autem Nostrae — Regiae Jurisdictioni quo ad infra tantum recognoscenda attinet,

se suis

se suis cum Successoribus subjiciendo et incorporando, palam, benevolè, ac per expressum recognovit, praesentibusq. recognoscit. Quia Ipse jam ex= nunc et de facto Cum Ignatium Dzierzbicki Palatinidam Lancici= ensem de Summa 32.000. Flor. Pol. Capitali, ex majori Summa — 50000. itidem Flor. Pol. per Magnificum olim Simonem Dzierz= bicki Palatinum Lanciciens. ad Scriptum Manuale sub Die Secunda Februarii Anno 1782. emanatum, Actisq. Castrensibus Varsavien. Die 17. Mensis Februarii Anno 1784. per Oblatam porrectum, à se Recogno= scente contracta, in residuo sibi debita, Decretoq. Commissionis Thesauri Regni Die Decima Sexta Mensis Maii, Anno 1787. prola= to, evicta, tum Provisionali 1760. Flor. Pol. ab eadem proveni= enti, junctim de Summa 50960. Flor. Pol. per Cum Michaelem Swiniarski Secretarium Nostrum sibi Recognoscenti realiter et in= tegrè exoluta, de manibusq. Ejus percepta ac levata, peridq. plenaria praestita sibi satisfactione, quietat, liberum emittit, absolutumq. in= perpetuum facit ac pronuntiat, idemq. Scriptum cum illius Oblata ac toto Processu cassat et annihilat. Hac sua personali recognitione ad praemissa mediante. Alias in forma Quietationis de Jure quam plenissima et perfectissima. Pro firmiori vero Recognoscens manu pro= pria se subscripsit.

Fridericus Kabert.

Quam ejusmodi Quietationem sic ut praemissum factam et recogni= tam Nos firmam ac de Jure validam haberi volentes, eandem ad= Acta hac Metrices suscipi, inseri &c: In quorum fidem &c: Actum ut supra.

Sub Eodem Actu

Ad Relationem prout supra

Inscribit S. Dzierzbicki Summam 65000. Flor Pol.
S. Anna de Swiniarskie Consorti suo
Stanislaus Augustus

Translata ex Protocollo Inscriptt et Quiett de Pretio Assu= sceptt in Papyro a Thesaurario Regni in quota 48ta signata Nro 56.

Significamus

Et Insi

Significamus. Quod coram Nobis Actisq; præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Gus Ignatius Dzierzbicki Palatinida Lanciciensis, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se suis cum Successoribus Bonisq; suis generaliter omnibus subjiciendo et incorporando, palam, benevole ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse satisfaciendo Intercisæ Antenuptiali inter se Recognoscentem ex una, atque Gnios Michaelem Swiniarski Secretarium Nostrum et Mariannam de Rzeczniki Conjuges Parte ex altera, sub Die Quarta Mensis et Anni currentium facta, Actisq; præsentibus Die Sexta Mensis et Anni pariter eorundem roborata, Summas, tum Quinquaginta Millium Florenorum Polonicalium Dotalem, de manibus Gnorum Swiniarskich Parentum realiter levatam, quam et alteram Quindecem Millium itidem Florenorum Polonicalium in Expeditione Muliebri ab Iisdem perceptam, Gnæ Annæ de Swiniarskie Consorti sua, in et super Bonis suis generaliter omnibus, et specialiter super Bonis Dzierząźna et Jasionka in Palatinatu Lanciciensi, Districtu vero Ortovicensi, nec non Ustanowek in Palatinatu Masovia, Terra autem Varsaviensi sitis et consistentibus, et à quibuscunque Debitis liberis, inscribit, assecurat, ac hypothecat, eademq; Bona sua inonerat. Hac sua personali Recognitione, ad præmissa mediante. Alias in forma Inscriptionis de Jure quam plenissima et perfectissima. Pro firmiori vero suprascriptus Recognoscens, manu sua propria se subscripsit. = Ignatius Dzierzbicki mp. = Quam ejusmodi Inscriptionem sic ut præmissum factam et recognitam Nos firmam-

ac de

ac de Iure validam haberi volentes, eandem ad Acta hac Metrices su-
scipi, inseri, &c: In quorum fidem &c: Actum ut supra &c:

Actum Varsavia die Vigesima Quarta Mens.
is Septembris Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Octuagesimo Octavo Regni vero
Vigesimo Quinto

Ad Relationem Illmi et Exellmi Dñi Hyacinthi
Kalyer Comitis a Malachowice Malachowski Supremi
Regni Cancellarii Radoszycensis Trodecensis Sanicensis
Capitanei

V/C Roborad Scriptum S. Orsetti super Summam Flor.
Flor. Pol. S. Antonio Witkowski datum

Stanislaus Augustus

Significamus Quod coram Actis presentibus Metrices Regni
Cancellarie Nostre Majoris personaliter comparens Suus Josephus Orsetti
ranus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus,
et Jurisdictione suis quibuscuis propriis, huic autem Nostre Regie Ju-
risdictioni quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se subjiciendo
et incorporando, palam, benevole, ac per expressum recognovit, praesen-
tibusq; recognoscit. Quia Ipse Scriptum suum seu Manualem Obliga-
tionem super Summam Sex Decem Millium Florenorum Polonica-
lium Jo Antonio Witkowski sub Die Vigesima Mensis et Anni cur-
rentium datam, in Papyro à Thesauro Regni in Quota 15. Flor. Po-
lon. signata scriptam, manu sui Recognoscentis subscriptam, in omni-
bus et singulis punctis, clausulis, nexibus et ligamentis, cum Provisione
eadem assecurata, roborat, approbat et ratificat, eidemq; stare, parere, et ple-
ne satisfacere, se suis cum Successoribus, de et super Bonis suis generaliter-

omni-

omnibus inscribit, obligat et asecurat. Casu vero memorato Scripto, seu Manuali Obliga=
tioni contraventionis, Forum ad respondendum sibi suisq; Successoribus Commissionis
Thesauri Regni assignat ac praecustodit. Haec sua personali recognitione ad praemis=
sa mediante. Pro firmiori vero Recognoscens manu propria se subscripsit.

Josephus Orsetti M.P.

Quam ejusmodi Roborationem &c: Actum ut supra &c:

Actum Varsaviae Die Decima Octava Mens:
is Octobris Anno Domini Millesimo Septin:
gentesimo Octuagesimo Octavo Regni vero
Vigesimo Quinto

Ad Dilationem ut supra

Quietat Actus Rzewnik de Portione Successionis
Paterna Fratrum Maryanskii.

Stanislaus Augustus &

Significamus &. Quod coram Nobis Actisq; praesentibus Metrices Regni
Cancellariae Nostrae Majoris personaliter comparens Actus Felix Rzewnik
sanus mente et corpore existens, recedendo a Foro et Jurisdictione suis quibus=
vis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infra tantum
recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, benevolè,
ac per expressum recognovit, praesentibusque recognoscit. Quia Ipse jam
ex nunc et defacto Fratrem Joannem Maryanski Ejusque Successores de
Portione Successionis Paternae, in Summa Florenorum Mille Septingen=
torum Septuaginta Unius, Grossorum Viginti Polonicalium, erga alios=
Consuccessores se Recognoscentem concernente, et super Bonis ejusdem
Fri Maryanski hereditariis manente, Provisionesque ab eadem ad Di=
em usque hodiernam provenienti, sibi Recognoscenti realiter et inte=
gre exolutis, ac per id plenaria praestita satisfactione, quietat, liberos=

emittit,

emittit, absolutorque in perpetuum facit ac pronuntiat. Hac sua —
personali recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma —
Quietationis de Jure quam plenissima et perfectissima. Pro —
firmiori vero, suprascriptus Recognoscens manu sua pro=
pria se subscripsit.

Joh^s. Krasnicki

Quam ejusmodi Quietationem &c: Actum ut supra &c:

Actum Varsaviæ die Vigesima Mensis Octo:
bris Anno Domini Millesimo Septingentesimo
Octuagesimo Octavo Regni vero Vigesimo
Quinto

Ad Relationem ut supra

Roborat S. Princeps Lubomirski Scripta hæc Super Summam
10000 Aurear Hung S. Nosarzewski data.

Stanislaus Augustus

Significamus Quod coram Actis præsentibus Nostris Regni
Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Illus Josephus Prin=
ceps Lubomirski Capitaneus Romanoviensis Generalis in Exercitu Re=
gni, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Distri=
ctibus, et Jurisdictione suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictio=
ni Nostræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se
subjiciendo et incorporando, palam, benevole, ac per expressum re=
cogno=

cognovit, præsentibusque recognovit. Quia Ipse Scripta trina seu Manua-
les Obligationes hic Varsaviæ sub Die Decima Sexta Mensis et Anni
currentium Gro Antonio Rozarzewski Rothmagistro Cavaleriæ Nationa-
lis Regni super Summam Generalem Decem Millium Aureorum Hungari-
calium datas, primam et secundam in Papyro à Thesauro Regni in Quota
respectiva Flor. 36. super Summam 6000. Aur. Hung. et tertiam in Papyro
Flor. 60. Pol. super Summam 4000. Aur. Hung. signata, scriptas, manu sui
Recognoscentis subscriptas, in omnibus et singulis punctis, clausulis, nexibus
et ligamentis approbat, roborat et ratificat, eisdemq; Scriptis seu Manuali-
bus Obligationibus stare, parere, et in omnibus satisfacere, de et super Bo-
nis suis generaliter omnibus Summisq; Pecuniariis inscribit, obligat, et as-
curat. Casu vero memoratæ Inscriptioni roboratoriæ contraventionis, et Sum-
mæ contractæ in Terminis præfixis non exolutionis, Forum ad respondendum
sibi suisq; Successoribus Judiciorum Terrestrium aut Castrensium Varsaviens, vel
Ciechanoviens, nec non Commissionis Thesauri Regni assignat ac præcustodit.
Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Pro firmiori vero
Recognoscens manu sua propria se subscripsit.

Josephus Szaniawski R=

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam &c: Actum ut supra &c:

Actum Varsaviæ Die Quarta Mensis No-
vembris Anno Domini Millesimo Septin-
gentesimo Octuagesimo Octavo Regni vero
Vigesimo Quinto.

VR
Ad Relationem ut supra
Roboravit Scriptum J. Grabowski super Summam 325 Au-
reorum Hung J. Szaniawski delatus
Stanislaus Augustus R

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni —
Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Cnus Hieronimus
Grabow=

Grabowski Succamerarius Noster, sanus mente et corpore existens, rece=
dendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione suis quibuscis pro=
priis, huic autem Nostræ Regiæ Jurisdictioni quo ad infra tantum
recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, bene=
vole, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit, Quia —
Ipse Scriptum suum seu Manualem Obligationem hic Varsa=
viæ sub Die hesterna videlicet Tertia Mensis et Anni curren=
tium Gro Joanni Cantio Szanowski Pincerna Lomiensi super —
Summam Trecentorum Viginti Quinque Aureorum Hungarica=
lium datam, in Papyro à Thesauro Regni in Quota Sex Floren Po=
lonicalium signata scriptam, manu sui Recognoscentis subscriptam,
in omnibus et singulis punctis, clausulis, nexibus et ligamentis appro=
bat, roborat et ratificat, eidemq; Scripto stare, parere, et in omnibus
satisfacere, de et super Bonis suis generaliter omnibus, Summisq;
Pecuniariis inscribit, obligat et assecurat. Casu vero memorato Scri=
pto contraventionis, Forum ad respondendum sibi suisq; Succesori=
bus Judicii Solidi Castrensis Capitis Varsaviensis assignat ac præcustodit.
Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. Pro firmiori ve=
ro manu propria se subscripsit.

Heronim Grabowski
Szambelan Mpp

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam &c: Actum ut supra &c:

Translatum ex Protocollo Inscri=
ptt et Quietationum de Prætio, et
susceptt in Papyro à Thesauro Re=
gni in Quota Flor. 12. Polt: signa=
ta Nra 59.

Actum Varsaviæ Die Octava —
Mensis Novembris, Anno Domi=
ni Millesimo Septingentesimo Octu=
agesimo Octavo. Regni vero Vigesi=
mo Quinto.

Ad Relationem prout supra &c:

Inscribit

Extra



Inscribit Gnus Rutzki nomine Gni Worcell Culinæ Regni Præfecti, Summam 1000. Aur. Hung. Hospitali Varsaviensi sub Titulo Infantis — Jesu.

Stanislaus Augustus &c:

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metricæ Regni — Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Gnus Xaverius Rutzki, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione suis quibuscuis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, benevolè, ac per expressum recognovit, præsenti — burg. recognovit Quia Ipse vigore Specialis Plenipotentiæ per Gnum Worcell Culinæ Regni Præfectum sub Die Vigesima Quarta Mensis Octobris Anno currenti more Statuti Lithuanici in Personam sui facta, jam ex — nunc et de facto Orphanis supponitis in Hospitali Varsaviensi sub Titulo — Infantis Jesu degentibus, pro sustentatione et alimonia eorum, Summam Mille Aureorum Hungaricalium modo veri, certi, realis, simplicis burg. Debiti, in et super Bonis propriis et hæreditariis ejusdem Gnni Worcell Culinæ Regni Præfecti, Clavis nempe Batabanowka vocitatæ, in Palatinatu Brastaviensi sitæ et convicinatis, nomine supranscripti Gni Worcell Culinæ Regni Præfecti inscribit, assecurat ac hypothecat, eademque Bona onerat. A qua quidem Summa Mille Aureorum Hungaricalium taliter inscripta et hypothecata, Provisionem Annuam — per Quinque à quolibet Centum numerando, punctualiter solvendam, nomine totiens dicti Gnni Worcell declarat et oppromittit. Hac sua personali Recognitione ad præmissa mediante. Alias in forma Inscriptionis simplicis Debiti de Jure plenissima et perfectissima. — Pro firmiori vero Recognoscens manu propria se subscripsit. = Xave=

rius

rius Rutzki tanquam Specialis Plenipotens. = Quam ejusmodi In=
scriptionem sic ut præmissum factam et recognitam, Nos firmam —
ac de Jure validam haberi volentes, eandem ad Acta hæc Metrices
suscipi, inseri, &c: In quorum fidem &c: Actum &c: ut supra.

Annus Domini 1789

Actum Varsaviæ Die Quinta Mensis Januarii
Anno Domini Millesimo Septingentesimo Octua
gesimo Nono Regni vero Vigesimo Quinto
Ad Relationem & prout Supra
Roborat Scriptum D. Prievski super Summam 200 Aur & Flor 3
Pro Okęcki datum
L. S. Stanislaus Augustus R.

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Can=
cellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Geus Ignatius Priev=
ski, olim Gri D. Prievski Succamerarii Cernensis Filius, sanus mente et corpore existens, re=
cedendo à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione suis quibusvis pro=
priis, huic autem Nostræ Regiæ Jurisdictioni quo ad infra tantum reco=
gnoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, benevolè, ac per
expressum recognovit, præsentibusq; recognovit. Quia Ipse Scriptum suum seu
Manuale Obligationem hic Varsaviæ sub Die hodierna in Actu conten=
ta Gro Victori Okęcki Locillatori Terræ Varsaviensis super Summam Du=
centorum Aureorum Hungaricalium datam, in Papyro à Thesauro Regni
in Quota Trium Florenorum Polonicalium signata scriptam, manu —
sui Recognoscentis subscriptam, in omnibus et singulis punctis, clausulis,
nexibus et ligamentis roborat, approbat, et ratificat, eidemque stare, pa=
rere, et in omnibus satisfacere de et super Bonis suis generaliter omnibus

Summiq;

Summisque pecuniariis inscribit, obligat, et assecurat. Casu vero memorato Scripto seu Manuali Obligationi contraventionis, Forum ad respondendum sibi Judicii Terrestris sivè Castrensis Varsaviensis assignat ac prosecutodit. — Hac sua personali recognitione ad premissa mediante. Pro firmiori vero manu sua propria se subscripsit.

Ignatius m. Brzewski Brzewski

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam &c: Actum ut supra &c:

Sub eodem Actu.

Translatt ex Protocollo Inscriptt et Assistatt de Bretio, et suscepto in Papyro à Thesauro Regni in Quota Flor. 24. Polt: signata. Nro 61.

Ad Relationem &c: prout supra.

Invadiat Bona sua Mistowo dicta Ens Brzewski Gro Olęcki Locillatori Terræ Varsaviensis.

Stanislaus Augustus &c:

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostræ Majoris personaliter comparens Ens Ignatius Brzewski sanæ mentis et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictionibus suis quibuscvis propriis, huic autem Nostræ Regiæ Jurisdictioni quo ad infra tantum recognoscenda attinet se subjiciendo et incorporando, palam, benevolè, ac per expressum recognovit, præsentibusque recognoscit. Quia Ipse insistendo Contractui Obligatorio inter se Recognoscentem ab una, et Ens Victorem Olęcki Locillatorem Terræ Varsaviensis Parte ab altera inito, Actisque præsentibus sub hodierno Actu in Protocollo Perpetuitatum mutuoroborato, Bona sua propria et hæreditaria Mistowo dicta, in Palatinatu Mazovia, Terra vero Czerneziensi sita et jacentia, cum omni eorundem Bonorum Jure, dominio, proprietate, videlicet ædificiis Curiensibus et Villanorum, hortis, Campis,

pijs, iprorumq; omni conterminatione, pratijs, virgultijs, Sylvijs, Nemoribus, —
aquijs, fluvijs, Stagnijs, piscinijs, lacubus, rippis et insulijs, tabernijs, Subditis
utriusque Sexus in Bonis profatis nunc existentibus, atque profugijs, eorum
laboribus, datijs, censibus, cunctaque obedientia per illos praestari solita, omni-
busq; horumce Bonorum proventibus, utilitatibus, emolumentijs, nihil pro se
Recognoscente nijsq; Successoribus reservando et excipiendo, verum ita late, lon-
gè et circumferentialiter, prout dicta Bona in suis metis et limitibus se ex-
tendunt, et extendi debent, jam exnunc et defacto Gro Victori Okęcki Locil-
latori Terræ Varsaviensis, illiusq; Successoribus in Summa Triginta Sex Mil-
lium Flor. Polonj. realiter levata, et ad manus suas abnumerata, à Die
Vigesima Tertia Mensis Junii Anni currentis, ad Annum integrum, et in
defectu exemptionis protunc horumce Bonorum, Summaq; praerecensita
exolutionis, extunc de Anno ad Annum, usque ad exemptionem Bonorum
eorundem, Summaq; totalis exolutionem, inscribit, obligat, et invadiat. In
quae quidem Bona praesentibus obligata et invadiata, idem Gus Ignati-
us Lnieuski, praenominato Gro Okęcki Locillatori Terræ Varsaviensis —
Obligatorio suo, realem Intromissionem, et actualem pacificamq; Possessionem
per Ministerialem quemvis Regni Generalem et Nobiles duos facilius ad id
conducendos, in superius expresso Termino, Die videlicet Vigesima Tertia
Mensis Junii, Anni currentis, à modo dat, et liberè admittit, datamq; et ad-
missam nec per se, nec per quosvis submissas Personas praepedire, aut quo-
vis modo inturbare, imo eundem Suum Obligatorium suum, illiusq; Succes-
sores, stante hac Obligatorea Possessione, ab omni et quavis impetitione ju-
ridica et extrajuridica omnium et singularum Personarum ex re prae-
missorum Bonorum exoriunda, in omni Judicio et Officio, toties quoties
opus fuerit tueri, evincere, et intercedere se suis cum Successoribus, de et su-
per Bonis suis generaliter omnibus, Summisq; Pecuniarijs habitis et ha-
bendis inscribit et obligat. Casu vero praesenti Inscriptionis contraventionis,
Forum ad respondendum sibi, suisq; Successoribus Judicij Terrestris Varsa-
viensis assignat ac praecustodit. Hac sua personali Recognitione ad-

pro-

præmissa mediante. Pro firmiori vero, manu propria se subscripsit. = Ignatius in Pniewska Pniewski. = Quam ejusmodi Inscriptionem Obligatoriam &c: Actum ut supra &c:

Datum Varsaviæ Die Vigesima Sexta Mensis Januarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Nono Regnique Vigesimo Quinto

VS Ad Relationem Præsidis Supra

Roborant Contractum ratione Bonorum Dñi Kluszewski et Szanowski

Stanislaus Augustus

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparentes Dñi Macarius Kluszewski Castellanicida Boyniciensis et Joannes Cantius Szanowski Pincerna Lomzensis, sani mentibus et corporibus existentes, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, benevolè, ac per expressum recognoverunt, præsentibusq; recognoscunt. Quia Ipsi Contractum biennalem Arendatariium ratione Bonorum Clavium Rogowski et Marcinowski nuncupatarum cum—attinentiis, hic Varsaviæ sub Die 24. Mensis et Anni Currentium inter se Partes Recognoscentes initum, in Papyro à Thesauro Regni, in Quota Unius Grossi Argentei signata scriptum, manibus suis subscriptum, in—omnibus et singulis punctis, clausulis, nexibus et ligamentis approbant, roborant, et ratificant, eidemq; Contractui stare, parere, et in omnibus satisfacere

cere se suis cum Successoribus de et super Bonis suis generaliter omnibus inscribunt, obligant et assecurant. Sdq; sub Vadio Summæ Triginta Millium Florenor Polonicalium. Pro quo, ac ipsa re principali casu contraventionis, Forum ad respondendum sibi suisque Successoribus Judiciorum Commissionis Thesauri Regni assignant ac præcustodiunt. Hac sua personali recognitione ad præmissa mediante. — Pro firmiori vero Recognoscentes manibus suis propriis se subscripserunt.

L. Kluszewski
J. Zdanowski mpp.
mpria

Quam ejusmodi Roborationem &c: Actum ut supra &c:

Sub eodem Actu
ad Relationem ut supra

Edit Jus Kluszewski de Summa 38000 Flor Pol Sō
Szanowski
Stanislaus Augustus

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Jus Macarius Kluszewski Castellanida Voynicensis, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione suis quibuscunq; propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, benevole, ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit. Quia Ipse jam exnunc et de facto Gro Joanni Cantio Szanowski Pincerna Lonzensi Jusq; Successoribus de Summa Triginta Octo Millium Florenorum Polonicalium

sibi

sibi Recognoscenti à Gro Valentino Chmielewski Vice Regente Castrensi Zawkrzen-
si ad Scripta Manualia bina primum Die 31. Mensis Januarii Anno 1787. datua-
tum, Actis Castrens Varsavien Die et Anno iisdem roboratum, ad Oblatá Castrensia
Opocznen sub Die 23. Men Maji eodemmet Anno, jam vero Chęcinensia Die
22 Xbris Anno præterito 1788. per Oblatam porrectum, alterum Die 30. Mensis Junii
pariter Anno 1787. emanatos, Oblatá Castrensibus Chęcinensibus oblatuatum in resi-
duo debita, et ab eodem provenienti, ob præstitam plenariam et sufficientem satis-
factionem, realemq. dicte Summe sibi Recognoscenti exolutionem, cum memorato-
rum Scriptorum traditione, cedit et condescendit, omneq. Jus suum ad prædictam Sum-
mam serviens, in Personam recensiti Gri Joannis Cantii Szanowski Ejusq. Successorum
plene transfert ac transfundit. Hac sua recognitione ad premissa mediante. Pro firmio-
ri vero manu propria se subscripsit.

S. Kluszewski mpp.

Quam ejusmodi Cessionem &c: Actum ut supra &c:

Sub eodem Actu

ad Relationem ut supra

Roborad Literas Reversales S. Kluszewski Pó Sza:

nowskii datas

Stanislaus Augustus NC

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancella-
ria Nostra Majoris personaliter comparens Gnus Macarius Kluszewski Ca-
stellanida Voynicensis sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Ter-
ris, Districtibus et Jurisdictione suis quibusvis propriis, huic autem Nostre
Regiæ Jurisdictioni quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se subjici-
endo et incorporando, palam, benevolè, ac per expressum recognovit, proxen-
tibusq. recognoscit. Quia Ipse Scriptum suum Reversale hic Varsaviæ sub
Die Vigesima Quarta Mensis et Anni Currentium Gro Joanni Cantio-
Szanowski Pincerno Lomzensi ratione in ipso contentorum datum, in-

Papyro

Papyro à Thesauro Regni in Quota Unius Grossi Argentei signata — scriptum, manu sui Recognoscentis subscriptum, in omnibus et singulis punctis, clausulis, nexibus et ligamentis approbat, roborat et ratificat, eidemq. Scripto Reversali stare, parere, et in omnibus satisfacere se inscribit, obligat et asecurat. Casu vero eidem contraventionis, Forum ad respondendum sibi suisq. Successoribus Judiciorum Commissionis — Thesaurii Regni assignat ac praecustodit. Hac sua personali Recognitione ad promissa mediante. Pro firmiori vero Recognoscens manu sua propria se subscripsit.

St Rzewuski

Quam ejusmodi Roborationem &c: Actum ut supra &c:

Actum Varsaviae Die Sexta Mensis Februarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Nono Regni vero Vigesimo Quinto.

ad Relationem &c prout supra

Roborat Dus Ozarowski Scriptum Super Summam Aur. Flor. 1035. Fo Roszkowski datum

Stanislaus Augustus

Significamus. Quod coram Actis praesentibus Metrices Regni Cancellaria Nostra Majoris personaliter comparens Gus Georgius Oziarowski — Succamerarius Narer, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus, et Jurisdictione suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostrae Regiae quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se subjicien=

iciendo et incorporando, palam, benevolè ac per expressum recognovit, presentibusq; recognoscit. Quia Ipse Scriptum suum seu Manualem Obligationem hic Varsaviæ sub Die Prima Mensis et Anni currentium Gro Nicolao Rozkowski super Summam Mille Triginta Quinque Aureorum Hungaricalium datam, in Papyro à Thesauro Regni in Quota Duodecem Florenorum Polonicalium signata scriptam, manu sui Recognoscentis subscriptam, Sigillog. Gentilitio in cera rubra hyspanica expresso communitam, in omnibus et singulis punctis, clausulis, nexibus et ligamentis approbat, roborat et ratificat, eidemq; stare, parere, et in omnibus satisfacere, re super Bonis suis generaliter omnibus mobilibus et immobilibus inscribit, obligat, et assecurat. Casu vero memorato Scripto, seu Manuali Obligationi contraventionis, Forum ad respondendum sibi suisq; Successoribus Judiciorum Terrestris, sivè Castrensis Solidi Varsaviensium, aut Commissionis Thesauri Regni assignat, ac procustodit. Hac sua personali Recognitione ad premissa mediante. Pro firmiori vero Recognoscentis manu propria se subscripsit.

Jer: Starowski.
Stanisł.

Quam ejusmodi Inscriptionem Roboratoriam &c: Actum ut supra &c:

Actum Varsaviæ die Decima Octava Mensis Februarii Anno Domini Millesimo Septingentesimo Octuagesimo Nono Regni vero Vigesimo Quinto.

Ad Relationem Prout Supra

Roborat Scripta bina J. Grabowski super Summam Aur 4900 Hung J. J. Ruykowski. A. Mroziewicz data.

Significamus &c: Quod coram Actis præsentibus Metrices Regni Cancellariæ Nostræ Majoris personaliter comparens Grus Paulus Grabowski Capitaneus Volkovicensis, sanus mente et corpore existens, recedendo à Foro, Terris, Districtibus et Jurisdictione suis quibusvis propriis, huic autem Jurisdictioni Nostræ Regiæ, quo ad infra tantum recognoscenda attinet, se subjiciendo et incorporando, palam, benevolè ac per expressum recognovit, præsentibusq; recognoscit.

gnoscit. Quia Ipse Scripta bina seu Manuales Obligationes, primam su-
per Summam Duorum Millium Quingentorum Aureorum Hungarica-
lium hic Varsaviæ sub Die Decima Sexta Mensis et Anni currentium, Gio
Mroczkiewicz Regenti Commissionis Thesauri Regni, alteram super Sum-
